

177

1

LUGUBRE OFFICIUM,
 IN EXEQVIIS ^{QVO} SOLENNIBUS
 VIRI
 NOBILISSIMI EXPERIENTISSIMI
 ET AMPLISSIMI
**GEORGII ERNEST
 MEUSELII,**

MEDICINÆ DOCTORIS CELEBERRIMI,
 OLIM ARCHIATRI DUGIS SAXONIÆ MARTISBURGENSI
 POSTEA ULTRA TRIGINTA ANNOS
 PHYSICI ORDINARIJ CIVITATIS TORGAVIENSIS
 BENEMERITI,

SOCERI SUI DILECTISSIMI ET HONORATISSIMI
 JUSTI DOLORIS SUI SENSUM

IN SOLAMEN VIDUÆ MOESTISSIMÆ
 SOCROS SUÆ HONORATISSIMÆ ET CARISSIMÆ
 TESTIFICARI VOLUIT, DEBUIT,

LUGENS EJUS GENER
JOHANNES ERNESTUS LEIDENFROST,
 MEDIC. DOCTOR,

SERENISSIMO DUCI SAXONIÆ ISENACENSI A CON
 SILIIS, ET ILLUSTRISSIMI COMITIS HENRICI I. RUTHENI DI
 PLAVIA ARCHIATER, UT ET PHYSICUS ORDI
 NARIUS SLAIZENSIS.

L I P S I Æ,
 TYPIS JO. ANDR. ZSCHAU.



Optime MEUSELI, TIBI nunc præ-
 bemos honorem
 Extremum, & planctus ad Tua
 busta damus.
 Fletibus ecquis enim parcat? Quis fundere iustas
 Jam nollet lacrymas, osque rigare suum?
 Hanc urbem totam tristem flentemq; videmus,
 Dum linquis terras, astraque celsa petis.
 Perdit enim Medicum, quo non præstantior
 alter,
 Atque virum, Physicus qui regionis erat.
 Annos ægrotis qui nouerat addere feros
 Arte Machaonia, ferreque fidus opem,
 Ipse suo exemplo qui demonstraerant herbam
 Atque suam curam Pæoniam esse bonam.
 Annos vndecies septem nam nactus & vnum
 Longæuus dudum factus es ipse senex,
 At medicus non tantum, sed quoque vir pietate
 Insignis, nobis TE moriente, perit.

Nam Christum Dominum sincera mente
colebas,

Curabasque TVÆ religionis opus.

Cur ergo non lacrymer simul? & cur vbere
fletu

Funere non stillent lumina nostra Tuo?
Namque focer mihi dilectus suavisque fuisti,

Despondens natam foedere coniugii.

Et memorem quid opem, mihi quam Tu sæ-
pe ferebas,

Cum bona suaderes, consiliumque dares?
Hinc nimius luctus mihi mœstos occupat ar-
tus,

Quem lenire quidem balsama nulla
queant.

Cui nec perualidum medicamen temperet
vnquam,

Nec mixtus docto, strenuus igne liquor.
Hoc solum luctum medicatur, quod mo-
riendo

Es voti compos redditus vsque TVI.
Hocce TVVM votum TVA dixit epistola
blanda,

Vltima dilecta quæ mihi missa manu.
Cuius ego in calce inueni TVA nomina scri-
pta;

Sed testabantur, quæ TVA vota, simul:
TV, *Gemitus Exaudi summe Meos Domine*
altos,

Scribebas, quos nunc audiit ecce, DEVS.
En nunc TE reficit lætantem sede beata,
Postquam ex terrenis iusfit abire locis,
Numinis in summo conspectu, læta canendo
Jubila, sub pedibus sidera clara vides.
Hoc vnum, inquam, me solatur, vulnere
tanto

Afflictum, ac imo pectore sollicitum.
At nos vexat adhuc attritos vita seuera,
Atque modis variis frausque dolusque
premunt.

Ergo coelestes inter pia gaudia carpe,
Dum corpus placide terra subacta tegit.
Præterea nomenque TVVM laudesque ma-
nebunt.

Debitus haud memori pectore cedit
honos.



78 M 399

(X2258744)

10/17

LUGUBRE OFFICIUM,
^{QVO}
IN EXEQVIIS SOLENNIBUS
VIRI

NOBILISSIMI EXPERIENTISSIMI
ET AMPLISSIMI

GII ERNEST
EUSELII,

DOCTORIS CELEBERRIMI,
DUGIS SAXONIÆ MARTISBURGENS
A ULTRA TRIGINTA ANNOS
NARII CIVITATIS TORGAVIENSIS
BENEMERITI,

ECTISSIMI ET HONORATISSIMI

TI DOLORIS SUI SENSUM

EN VIDUÆ MOESTISSIMÆ

HONORATISSIMÆ ET CARISSIMÆ

IFICARI VOLUIT, DEBUIT,

ENS EJUS GENER

ERNESTUS LEIDENFROST

MEDIC. DOCTOR,

I SAXONIÆ ISENACENSI A CO

SIMI COMITIS HENRICI I. RUTHENI

IATER, UT ET PHYSICUS ORDI-

ARIUS SLAIZENSIS.

LIPSIÆ,

PIS JO. ANDR. ZSCHAU.

